

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

138. Tempestas: lege Curtium & alios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

## T E M P E S T A S.

Legendū Curt.lib.4. Val li.1.c.8. Liuius,  
lib.21. & 40, circa finem. D. Chrysost.  
epist. 1. ad Olympiadēm Diaconissam,  
& ceteri. Disertē quoque descriptit  
Maff his verbis:

*Descriptio CXXXVIII.*

**O**Ceanis saeuentis, ventorumque furentium  
ca præcipue regna sunt, in id spatiū au-  
daciū, quam felicius ingressis Maio mense  
Lusitanis: flammus cometes horribili specie,  
in decimum usque diem continenter apparuit:  
iamque variante sepius celo ac pelago, atra,  
ac sordida nubes, ad Septentrionem conglō-  
batæ, omnem in se flatum, quasi reciprocando  
collegant: mare languidum erat; insidiola  
tranquillitas: nautæ locorum ignari, ac tem-  
pestatum, ad auram vndique captandam, to-  
tos velorum expanderant hinc, cum ex ijs,  
quas dixi nubibus, viuendo repente impetu  
fæse effundens a quilo, transferas quatuor na-  
ues, quarum ad contrahendum missus aperte  
disposita fuerant armamentaria, inspectanti-  
bus ceteris, momento ita cuertit, & obruit,  
vt e tanto hominum numero, nemo pro rufus  
euaserit. In ijs Bartolom. Diazius, cuius supra  
meminimus, rei nauticæ gloria in primis illu-  
stris, com' e tot iam, ac tantis periculis antea  
fuisset ereptus, miserandum in modum inten-  
tij: saluti alijs fuere, vel demissæ raptim an-  
tennæ, vel ubi id non licuit, vel a ipsa vento  
disrupta: eo tam horrendo spectaculo exani-  
mati qui superuerant consanguineos alij, alij  
caros, amicosq; oculis frustra requirere: ad la-  
chrymas, & complorationem, drogi, vrquos in  
marotem ex interitu alieno sui cuiusque pe-  
riculi metus obstopecerat. Quippe Boreæ  
pertinaciter stante, pelagus identidem intume-  
scere, fluctus modo ad astra ferri, modo ad  
tarara pone ima subcidere. Naves cum extre-  
mo taloris discimine propemodum inter se  
collidi. Ad hæc atra caligo, & rudentium stri-  
ctor, & dissonæ voices, varia, & incerta iuben-  
tium, non oculorum modo, sed etiam aurium  
vsum abstulerant: Quin, & salum ipsum inter-  
diu picco, noctu igneo colore terrebant.

## TERRÆ MOTVS.

Ammianus lib.17.cap.7.

*Descriptio CXXXIX.*

Iisdem diebus terræ motus horrendi per Ma-  
cedoniam, Asiamque, & Pontum; assiduis  
pulsis oppida multa concusserunt, & mon-  
tes. Inter monumenta tamen multiformium  
ærumnarum eminere Nicomediae clades;  
Bithynie urbium, matris, cuius ruinatum  
eventum verè, breuiterque absoluam.

Primo lucis exortu ad diem Nonam Cal-  
Septemb. concreti nubium globi nigrantium  
latam paulò ante cœli speciem confuderunt:  
& amando solis splendore, nec contigua,  
vel opposita cernebantur. Ita oculorum obtu-  
tu perstricto, humo inuolutus crastæ casig-  
nis iqualor infedit. Dein velut à numine lum-  
mo fatales contorquentे manubias, vento-  
que ab ipsis excitante cardinibus, magnitudo  
furentium inceubar procellarum: cuius im-  
peru pulchorum auditus est montium gemi-  
tus: & elisi littoris fragor: hæcque sequi-  
Typhones, atque preteres, cum horrifico  
tremore terrarum, ciuitatem, & suburbana  
funditus euertent; & quoniam acclivitate  
collium ades pleraque vehebant: alia su-  
per alias concidebant, relanguentibus cue-  
ctis, sonitu ruinarum immento. Interim clau-  
moribus varijs excelsa culmina resultabant,  
queritantium coniugum, liberosque, & si quid  
necessitudinis arcta constringit.

Post horam denique secundam, multò ante  
tertiam aër iam sudus, & liquidus, latentes re-  
texit funereas strages. Nonnulli enim super  
ruentium ruderum vim nimia constipati, sub ip-  
sis interiere ponderibus; quidam collo tenus  
aggeribus obruti cum superesse possent, si qui  
iuvissent, auxiliorum inopia necabantur. Alij  
aliquorum extantium acuminibus fixi pendebant: vno iactu cæsi complures: paulò ante ho-  
mines, nunc promiscue strages cadaverum  
cernebantur. Quidam domorum inclinata  
fastigia intra se ferebant intactos, angore,  
& inedia consumendo.

*Vide quoque Dionem, seu Xiphilinum in  
Traiano.*

D.